Ludouicus fuscarenus damiano Burgen salute. Vidi preconia damiano amico optimo dignissima
quibus oratione nram immortalitati consecrasti. Quadere tibi plurimas gras habeo, Tribuis.n. ut
Ciceronis tui uerbis utar in quantum in me esse no sentio, sed facis amice! Siquid ex dictis nris
publice dignitati allatu e plurimu gaudeo! Vnum hoc audeo nobis arrogare! nos qui timore
maximarum calumniarum matura accessimus, spe amplissimorum premiorum spero discedemus. Si quid pro
christiana religione fiet, audies quo studio erimus, si minus no erimus in culpa. quia certe
soli tanto furori non simus satis, Nolumus illorum dementia mutari qui frustra conantur
nihil aliud nisi odiu querunt. Theutonici multa polliciti sunt sed quia maxima e de
panonie regno contentio, sperat pontifex MAX. arbitrio bohemorum rege rem componi posse
quia ea e auctoritate ut non solum libere que probabit exponere, sed etia reges uolentes, copellere
repugnantes, & magnos habet exercitus, fide iubebit, & auctoritati uires ad coherendum adiunget.
Quod si fecerit, pax regionum illarum. quies laborantium populoru salus fidelium eius glorie acce
det & ipsi soli ab uniuersis accepta ocia refferentur. sed si eo interprete non sequetur
Quod optamus: Mittet pontifex legatum de latere, qui studebit utriusque pertinatie finem
imponere! ab armis desisti, nec amplius christianorum fortuna periclitari patietur.
Quoniam iam satis superque satis magnis incomodis affecti sumus. Verum non expectabit, sig
gnosi animi habet rex sotiu cu quo gloriam tante rei partiatur. Succurrendum e popu
christiano, Documento nobis greci esse debent, hoc unum e rei bene componende tempus
Dum in dubio uictoria e quo animo, qua prudentia notabitur qui durior erit. Si cocede
rent arces. si qua declinabit, superior equa parte contentus no erit! Inferior ad hostes
inclinabit, et eas conditiones subibit quas offeret; Bonam est preterea, spem prestat maxima huius pontificis
auctoritas & diligentia. Quem te ita proximum no uidisse doleo, sed hortor ut ante discessum ad
nos accedas, presertim quando postremo oraturus erit, & suam declaraturus sniam
In qua ornanda multum studii, plurimu temporis adhibet! Gaudebisque eum sua uba
modulante & resonantem audire! e enim excellentia animi probatissima, uirtute
doctrina singulari clarissimus et admirabilissimus. Nemo est tam agrestis tam bar
bare mentis qui licet multa que in diuino homine sunt attingere ac gustare no
ualeat, qui incredibiles animi cogitationes lingue suauitate non maximi faciat, di
ligat, & omni ratione colat. Credo equidem (nec uana fides) genus esse deorum!
No solum na ualet, Litteris exercitatus e, sed celesti quodam spiritu inflari
et imitari uidetur! Quia cum legerimus diuino munere & dono pontificatu sanc
tum uirum aut efficere aut reperire in eo maxime numero presente B. mum patre esse
profiteamur necesse est. Quas obres max. gaudeo quod nos unice dilexerit, et multa
dixerit, & plura scripserit ad ueneti nominis gloriam et Laudem celebranda,
Ad quem in his sententiis confirmandum omnia studia nostra ponemus. quod si
consequemur in hoc nebulosissimo aere susceptas acerbitates equissimo animo feram.
Ex quo citius discede & spero & opto, si in prius contingat te uidere et amplecti:
& quanto proximior es egrius tua diuturna absentia tollero. Mittemus si uoles equos
optimos qui te ueluti naue indefessum deferent! socios qui tuta omnia & iucunda
itinera reddet. Igitur conditione accipe, & huic tam optande occasioni non desis
Vale! & me Mas pretoribus tuis comenda. De expensis nris littere pincerne & pecunie, date
Latori presentiu tibi sufficiet. Si quid deerit scribe, Quia nullo pacto uolumus te labo
ribus tuis etiam nummos adiungere

prudentissimo Viro
rgensi amico carissimo

R die 26 aprilis 1460

Lee 406
Misc Mss
Lee 406